



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XV. Idem. in Concilio a Generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

## C A P V T X I V.

<sup>a</sup> Idem.

**P**ostulasti qualiter contra Iudeum procedere debeas, qui manus injecit in quendam clericum violentas. Ad quod breviter respondemus, quod si dictus Iudeus tuæ <sup>b</sup> jurisdictionis existit, ipsum poenâ <sup>c</sup> pecuniariâ punias, vel aliâ (secundum quod convenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi, alioquin eus <sup>d</sup> dominum moneas, & inducas, ut passo injuriam, & Ecclesia ab eo satisficeri faciat competenter; quod si dominus ejus neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per cens. eccl. interdicás, ne cum ipso Iudeo antequam satisfiat, præsumat <sup>e</sup> commercia exercere.

## N O T A E.

1. <sup>a</sup> **I**dem. Inscriptionem integrum hujus textus dedi in cap. postulasti, de regul. ubi extat alia pars hujus textus.
2. <sup>b</sup> **T**ue jurisdictionis.) Temporalis videlicet, quia forsan Episcopus in ea parte temporalem, & spiritualem exercebat jurisdictionem.
3. <sup>c</sup> **P**ena pecuniaria.) Quia spirituali ipsi Iudei affici non poterant, alias nisi ex gravi causa Iudei ecclesiastici non debent imponere poenam pecuniariam, cap. licet 3. de peni.
4. <sup>d</sup> **D**ominum.) Temporalem videlicet: unde probat D. Franc. de Amaya in l. 1. C. de exactior. tributor. lib. 10. num. 41. Judicem ecclesiasticum non posse laicum reum criminis mixti fori, vel etiam ecclesiastici propriâ auctoritate incarcera-

re non invocato auxilio brachii secularis: quod sibi vidi pronuntiatum in hac Pinciana Can. cellaria. Sed quæstionem hanc disputavimus in cap. postulasti, de homicidio, ubi extat alia pars hujus Decretalis.

<sup>e</sup> **C**ommercia.) Eadem pena Christianis imponitur in cap. eti Iudeos, cap. ad hæc, hoc titul. cap. de Iudeis. de decimis: unde refertur regulariter licitum esse cum Iudeis contrahere: quod probant Mafchard. de Iudeis p. 1. cap. 5. Heringius de fidejussor. cap. 8. num. 116. quod ad hoc societatem extendunt Tiraquel. de primog. q. 66. num. 14. Ricciulus lib. 2. de jure person. cap. 42. qui recte monet, nihilominus indignum est lucri causa Christianum cum Iudeo societatem coire.

## C A P V T X V.

Idem. in Concilio <sup>a</sup> Generali.

**I**N nonnullis provinciis, à Christianis Iudeos, seu Saracenos habitus distinguit diversitas, sed in quibusdam sic quedam inolevit confusio, ut nullâ differentiâ discernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudeorum, seu Saracenorum; Iudei, vel Saraceni mulieribus Christianorum <sup>b</sup> commiscuntur. Ne igitur tam damnatae commixtionis excessus per velamen erroris hujusmodi excusationis possit habere diffugium, statuimus, ut tales utriusque sexus in omni Christianorum provincia, & omni tempore, qualitate <sup>c</sup> habitus publicè ab aliis populis distinguantur, cùm per Moysem hoc ipsum eis legatur injunctionem. In diebus autem lamentationis, & <sup>d</sup> Dominicæ passionis publicè minimè procedant, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus, sicut accepimus, & ornatiū non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Illud tamen distictissimè inhibemus, ne in contumeliam Redemptoris aliquatenus profilere præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit, præcipimus præsumptores hujusmodi per Principes seculares condigne animadversionis adjectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

## N O T A E.

1. <sup>a</sup> **G**eneralis.) Lateranensi videlicet sub Innocencio III. ubi cap. 68. reperitur textus hic, & in cap. 1. hoc tit. in 4. collect.
2. <sup>b</sup> **C**ommisceatur.) Cuius peccati gravitatem probavi in cap. 78. Concilii IIIib.

<sup>c</sup> **H**abitus publicè.) Quod etiam providis constitutionibus fanxerunt PP. Concilii Ravennat. <sup>d</sup> **t**emporibus Clementis V. Eisi Iudei de misericordia, & ad testimoniū incredulitatis eorum debeant ab Ecclesia, & Fidelibus in suis ritibus tolerari; quia tamen ex ipsis conversatione permixta multa mala & scandala provenisse noscuntur statuimus, & perpetua

perpetua stabilitate firmamus, quod Iudei portent in pannis superioribus certum signum, scilicet rotam panni crocei coloris; & mulieres eorum in capite, ut sic a Christianis possint discerni. Salzburg, tempore Martin. V. ubi de foeminitate Judæis ita cayetur: Ut mulieres vel virgines dicta superstitione insudantes, cum sibi publicum exhibent Christianorum nostra province, nolam sonantem in aliquâ sui corporis parte deferant. Paulus IV. constitutione 3. quæ incipit, Cùm nimis absurdum. Pius V. in constitutione 7. quæ incipit, Romanus Pontifex: quibus cayetur, ut iudei masculi biretum, foemina vero aliud signum patens, ita ut nullo modo celari possit,

palam deferre teneantur. Unde consuetudines antiquas Ferrariae, & similium civitatum, in quibus promiscuis vestibus Judæi, ac Catholici utuntur, improbatas esse docuerunt, alia pro ipsarum constitutionum expositione adducentes Riccius de jure person. lib. 2. cap. 43. per totum, Scotia in select. Pontific. constit. theorem. 54. Fragoso ubi supr. Quæ omnia omitto, ut parum utilia, cum in his regnis, jam à temporibus Ferdinandi, & Elizabethi ejeci, & eliminati fuerint.

d. Dominicæ passionis.) Juxta tradita suprà in cap. quia 4:

## C A P V T XVI.

Idem. <sup>a</sup> in eodem.

**C**um sit nimis absurdum, ut Christi blasphemus aliquis in Christianos jura exerceat potestatis: quod super hoc <sup>b</sup> Tolet. Concil. providè statuit, propter transgressorum audaciam & hoc generali Concilio innovamus, prohibentes ne Iudei publicis officiis præferantur, quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, per <sup>c</sup> provinciale Concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissâ, districione, quâ convenit, compescatur: officiali verò hujusmodi tamdiu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum secundum providentiam diocesanæ Episcopi convertatur quidquid fuerit à Christianis ademptum occasione officii sic suscepit; & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos

## N O T A E.

<sup>a</sup> Eodem.) Concil. videlicet Lateran. celebrato sub Innoc. III. ubi cap. 69. reperitur textus hic, & in quarta collectione, sub hoc tit. cap.

<sup>b</sup> b Toletanum.) Tertium videlicet, can. 14. ubi ita Hispaniæ PP. sanxerunt: Suggestere Concilio id glorioſissimum Dominus noster canonibus inserendum præcepit, ut Iudei non liceat Christianas habere uxores, vel concubinas, nec mancipia Christiana comparare in usus proprios; sed & qui filii ex tali coniugio nati sunt, assumendis esse ad baptismum: nec illa officia publica eis opus est agere, per quæ eis occasio tribuatur pœnam Christianis inferre. Et si à Gratiano in cap. nulla, § 4. dist. hæc verba Concilio Tolet. 4. tribuantur.

<sup>c</sup> Provinciale Concilium.) Juxta tradita suprà in cap. sicut olim, de accusat.

<sup>d</sup> Diocesanæ Episcopi.) Quia cum ipse qui tale officium contulit Iudeo, suspectus est, non eius auctoritate, sed interventu Episcopi pecunia est distribuenda, ut pro conciliatione hujus textus cum capite 6. §. eos, de homicidio, docuit Co- varr. in cap. 3. de testam. num. 11.

## COMMENTARIUM.

<sup>3.</sup> EX hac constitutione Concilii Lateran. sequens deducitur assertio: Iudei, seu Pagani, non debent præfici officiis publicis inter Christianos, aut in eos jurisdictionem exercere. Proabant eam textus in cap. nulla 14. § 4. dist. cap. constitutio 28. 17. quest. 4. cap. 1. in fine, cap. penult. hoc titul. Concil. averensem can. 8. ibi: Ne Iudei Christianis populis judices præponantur. Matiscon. can. 13. Ne Iudei

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V,

Christianis populis judices depotentur, aut telonarii esse permittantur, per quod illis (quod Deus avertat) Christiani videantur esse subiecti. Meldense can. 73. Tolet. 12. can. 9. Narbonense sub Ludovico IX. can. 2. Concil. Regiaticinum vulgo dictum can. 20. ibi: Omni ratione caret, & religione Christiana noxiun & contrarium noscitur, ut Iudei à Christianis regalia exigant, aut illas civiles, aut criminales causas inter Christianos judicandi locum habent, &c. Palentinum anno 1322. can. 21. ibi: Absurdam & irrationaliter corruptelam, que in Christiana fidei virgitate opprobrium, & iacturam, quâ contra canonicas sanctiones Iudei & Saraceni Christianis in publicis præficiuntur officiis, sub quorum prætextu Christianis plurimum sunt infesti, exsirpare volentes, universis Ecclesiarum Prelatis sub intermissione divini iudicij præcipimus, & mandamus, ut Sanctorum Patrum statuta super hoc edita faciant inviolabiliter observari. Gregorius VII. lib. 9. regestr. epist. 2. ad Alfonsum Regem Hispaniarum: Iudeos Christianis dominari, vel supra eos potestatem exercere, ulterius nullatenus sinas, quid enim est Iudeis Christianos supponere, atque hos illorum iudicio subiungere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & satanam synagogam exaltare? & dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemnere. Referunt Crespus in summa, verbo Iudei officia. Ant. Aug. in epit. lib. 12. tit. 6. cap. unius. hoc titul. in §. compil. 1. jubemus 17. Cod. de Episc. & cleric. aud. 1. penult. Cod. de diversis officiis appar. iudic. 1. sublimitatem. 29. 1. 205. 42. 1. donus 5. 8. in fine 1. penult. Cod. Theodos. de heret. 1. qui prophano 21. Cod. de paganis, 1. 165. Cod. Theodos. dedecur. Novel. Iustin. 109. & 144. constitutio Theodosii de Iudeis, Samaritanis, Hæreticis, & Paganis, ex qua sumpta est lex finalis, C. de Iudeis,

O sed